

MCLXXXIII.¹
 ... mense Madii
 Eodem mense imperator Enricus venit in Lombardiam, et primo intravit Mediolanum, postea ivit Papiam; die Veneris tertio mensis Iunii venit Placentiam; die Martis proximo exercitus eius venit in Roncalia, et hospitatus fuit ille exercitus intus burgum Pontenurii et deforis illis partibus, et tunc predictus domnus imperator ivit Ianuam; deinde predictus exercitus semotus ivit et hospitatus fuit inter Burgum Sancti Domnini et Senum. Deinde ivit et hospitatus fuit iuxta Tare.

MCLXXXVI. . .
 . . mense Martio proximo predictus imperator misit ultra mare XXX naves honeratas militum et peditum.

*mam. Sequenti anno¹
 de mense Madii imperator Henricus venit in Lombardiam; primo ivit Mediolanum, postea Papiam, deinde Placentiam, et dimisso exercitu suo in Lombardia², equitavit Ianuam, et exercitus eius ductus fuit in Apuliam³.
 Primo civitatem Neapolim cepit obsidere; qui, morbo tam ipso quam exercitu confecto, rediit Alamaniam. Anno vero quarto revertens totum regnum Apulie subiugavit, ubi plurimos rebelles diversis penis cruciavit, filium Tranchodi regis Siculorum cum matre et Margarito rege Epirotharum secum in Alamaniam duxit captivos, et XXX naves ultra mare transmisit militum et peditum honeratos.*

Henricus . . . Iste primo anno imperii sui Neapolim obsidens, morbo tam ipso quam exercitu confecto, rediit Alamaniam. Anno vero quarto revertens totum regnum Apulie subiugavit, ubi plurimos rebelles diversis penis cruciavit, filium Tangredi regis Syculorum cum matre et Margarito rege Epirotharum secum in Alamaniam duxit captivos.

1) Die Pariser Hs. hat MCLXXXX. Wahrscheinlich hatte der vom Autor der Ann. Gib. benutzte Codex denselben Fehler, der ihn verführte, sein irriges 'Sequenti anno' zu setzen. 2) Diese Worte sind natürlich nur eine Zusammenfassung der genauen Einzelangaben der Ann. Plac. Guelfi über den Zug des Heeres, welche für den späteren Autor der Gib. kein Interesse mehr hatten. 3) Das hat der Autor nur zum Theil richtig geschlossen aus dem, was bald nach der angeführten Stelle in den Ann. Plac. Guelfi folgt: 'mense Augusti imperator Enricus cepit Apuliam et Malgaritum' etc., wofür er vorzog, den ausführlicheren Bericht Gilberts zu setzen, dadurch aber in groben Irrthum verfiel, da Gilbert über den Zug des Kaisers von 1191 und 1194 sagt, was er zu dem des Jahres 1194 zieht. Einen nur zum Theil richtigen Schluss enthalten jene Worte, da der Kaiser nach seiner Rückkehr von Genua zu dem Heere zurückging und es selbst nach Apulien führte, nicht etwa durch andere dahin führen liess, wie diese Worte besagen.